



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Clericus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

CIRCUMSTANTIA,  
*Vide Confessio.*

## CIVITAS, CIVIS.

1 **C**ivitatis nomine venit in fauorabilibus etiam territorium, imò & Diœcesis; in odiosis verò solum quod est intra moenia, nisi alioqui esset dispositio inutilis, aut posset fraudem pati.

\* In odiosis } *Syl. ciuitas. 1.*

2 Non dicitur ciuitas facere, nisi collegialiter deliberet, etiamsi maior eius pars faciat.

\* *Syl. l. c. num. 2.*

3 Cuius efficitur quis loci, vbi consequitur dignitatem.

\* *Syl. ib. 4.*

4 Monachus efficitur cuius loci, vbi est Monasterium.

Addit. } Capitulum, & ex illo singuli efficiuntur ciues illius vrbis, vbi est Ecclesia. *Nau. consi. 1. de conf. ecclesiæ ex Barth.*

CLERICVS, *Vide Ecclesiasticus, Eleemosyna, Beneficium, Gabella.*

1 **C**lerici nomine in materia fauorabilivēnit habens primam tonsuram, & Religiosus, & Episcopus: at in odiosa, nec Religiosus, nec Episcopus, nec secundum quosdam.

C 7/

Digni.

Dignitas, aut Canonicus Ecclesie Cathedralis, aut qui non est in sacris. Venit etiam Clericus in materia fauorabili nomine populi, & Monachi.

\* Clericus } *Syl. Clericus. 1. nu. 1. Fu. Eod.*

Odiosa } *Syl. Fu. n. l. c.*

Populi } *Syl. Fu. n. nu. 3. l. c.*

*Io. Nic. Gimonteus de gratijs expect. c. 1. num. 45.*

2 Cum Clericis in Iure aliquid prohibetur, aut præcipitur, intelliguntur solum qui sunt in sacris, aut beneficiati.

3 Clericus in sacris potest conueniri coram Iudice sæculari in ciuilibus, de licentia Episcopi sui. *Syl. V. Index numer. 4.*

4 Clericum in sacris, qui dimissa tonsura, & Clericali habitu enormiter se gerit, multorum est opinio perdere priuilegium Clericale. Ego dicerem tunc tantum posse à iudice sæculari capi, & debita pœna puniri Clericū, quando id fit de mandato Prælati proprii; vel quādo est traditus curiæ sæculari; vel demum si est incorrigibilis, ita vt prius sit depositus, & propter incorrigibilitatem excommunicatus, & anathematizatus, & tamen post hæc perseuerat incorrigibilis, *iuxta dispositionem c. cum non ab homine, de iudic.* Nunc autem per Conc. Trid. Sess. 23. cap. 6. fori priuilegio non gaudet, qui est in minoribus, nisi habeat beneficium; aut gestans habitum & tonsuram, inseruiat alicui Ecclesie ex mandato Episcopi; aut

pi; aut in Seminario, vel Schola, vel Vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad Ordines maiores versetur.

5 Potest Clericus in crimine deprehensus capi à sæculari Iudice, vt Ecclesiastico tradatur: potest & noctu capi, si cum armis incedat: præsumitur enim velle delinquere, in quo potest impediri etiam per sæcularem potestatem. Quinetiam potest à quouis sæculari teneri Clericus, & includi, ne lædat alterum: Possit etiam fugientem, vel de fuga suspectum capi à creditore, vt tradatur iudici Ecclesiastico, tenet *Sylu. excommu. 6. q. 14. Nau. c. 27. n. 82.* qui dicit esse Panorm. & communem in *c. cum non ab homine. de Iud.*

6 Clerici tenentur legibus ciuilibus reipubl. in qua degunt, modo non impediāt officium Ecclesiasticum, & libertati Ecclesiasticæ non repugnent. Et hoc modo, solum via directiua, non autem coactiua. *Hofst. c. fi. de solu. Cou. 2. p. epit. c. 6. in prin. nu. 20. Dried. lib. de libr. Ecclesiastic. c. 9. Sor. li. 1. de iust. q. 6. art. 7. Cast. libr. 1. de Vg. pæn. c. vlt. & alij.*

\* Noctu. } *Nauarr. l. 5. consil. 27. aliàs 44. de sent. excomm.*

7 Clerici familia eiusdem est cum ipso Fori.

\* *Vide Val. t. 4. d. 9. q. 5. p. 4. Syl. ver. Lex n. 15.*

8 Clerici bona possunt per Iudicem Ecclesiasticum confiscari, in casibus, quibus laici per leges sic puniuntur.

9 Cleri-

9 Clericus factus post delictum sine fraude, est exemptus à potestate sæculari: quòd si cum fraude, potest quidem in rebus puniri, sed non in corpore. Communem opinionem esse dicit *Imo. conf. 119. num. 1.* & *Clarus lib. 5. sent. q. 35. num. 38.*

10 Clericus ob falsum testimonium coram iudice sæculari, non potest per eum puniri.

\* *Couar. l. c. ca. 32. nu. 4.*

11 Clericus percussus à laico, potest agere coram Iudice Ecclesiastico.

12 Clericus calumniosus accusator debet priuari officio, & verberatus in exilium mitti.

13 Clericus non potest consentire in Iudicium Ecclesiasticum non suum, sine licentia sui Episcopi.

14 Clerici minoris à laico læsi restitutio petenda coram Iudice sæculari.

15 Clericus pauper non tenetur cedere bonis. Nec pro debito non ex delicto contracto potest conueniri ultra quam facere potest. nec, si est in sacris, puniri corporaliter pro debito, quod non potest soluere:

\* *Couar. l. 1. c. 4. var. resol. num. 4.*

16 Clerici patrimonium, etiam ad cuius titulum est ordinatus, non gaudere priuilegio bonorum Ecclesiæ, quidam aiunt, alij negant. Sunt, & qui putent absolutè gaudere eius bona patrimonialia. Ego dicerem spectandum in ijs, quid vsu sit receptum.

\* Vide:

\* Vide *Syl. Cler. 4. num. 9. Val. l. c.* Doctores  
vtriusque sententiæ leges apud Couar. lib. c.

17 Clerici priuilegijs non gaudere Eremitas,  
quidam aiūt, quod non sint Ecclesiasticæ per-  
sonæ: alij gaudere dicunt, si sint astricti Regu-  
læ, aut Superiori ijs priuilegijs gaudenti: idem-  
que censent de inclusis habitu mutato.

\* Vide *Fum. Eremita nu. 3.*

Quod non 3 *Io. de Lignano in Clem. per liter. as*  
*de præb. Ang. ver. Eremita num. 3.*

18 Clericus potest vti consuetudine & statu-  
to laicorum, ad suam vtilitatem.

19 Clericus in minoribus, potest ex causa fie-  
ri sæcularis.

20 Potest qui est in sacris, aut beneficiatus,  
aduocare coram Iudice Ecclesiastico: at corã  
sæculari, solum in causa propria, vel Ecclesiæ,  
vel miserabilium, vel propinquorum (qui a-  
lium aduocatum commodè nõ possunt habe-  
re) vsque ad quartum gradum. Non potest au-  
tem esse laici procurator generalis, sed solum  
in aliquo negotio: nec locum tenens Princi-  
pis sæcularis, sed potest esse Consiliarius; nec  
lucris causa negotiari per se, sed ob suam, aut  
suorum necessitatem. Non est autem nego-  
tari vendere aliquid carius quàm emisti, nisi  
ad id emisses. Potest & per alium honestè ne-  
gotiari, & per se vendere arte honesta à se fa-  
cta. Non potest vero gestare arma offensiuã,  
nec interesse executioni sententiæ capitalis.

nisi

nisi officij spiritualis eam : nec exercere Medici aut Chirurghi officium, vbi opus sit aduisione, aut incisione, nisi cum pauperibus, aut alioqui sua, aut proximi necessitas postulet; nec venari, nisi causa recreationis sine strepitu; nec accipitres ad id alere, aut falcones: nec aleis ludere, nisi modicè, causaque recreationis. Ludere autem in magna quantitate ob lucrum Nauarrus mortale existimat.

\* *Vide Syl. verb. Aduocatus. §. 2.*

Nec lucri ] *c. Negotiationem d. 88. Mol. dist. 342.* possunt tamen locare prædia colenda ad annos tres.

Per alium } *Mol. l. c. nu. 10. Ioa. Med. q. 20. de rest. c. Clericus. 1. & 2. 91. d. Vide Nauar. c. 25. num. 111. Lopez. nu. 1. l. 2. c. 23.*

Ludere autem } *Nau. c. 20. nu. 9.*

De negotiatione licita, & illicita Clericis *Mol. d. 347.*

21 Clericus faciens prohibita iure humano non peccat mortaliter, *secundum Caiet.* si absit contemptus, & scandalum, vel temeritas, & legi pœna grauis non apposta quod bene limitat *Nau. c. 25. nu. 111.*

\* *Caiet. } In summa. vers. Clericorum peccata. Vide Nau. c. 25. nu. 111.*

22 Peccare ait Nauar. Clericum si non benedicit in principio mensam, aut in fine gratias Deo non agit.

23 Clericus non tenetur dare sportulas nec potest à patre suo vendi.

24 Acquisita à Clerico etiam filiofamiliat sunt ei quasi Castrensia.

\* Mol.d.231. Vide Nau.c.17. num.142.

25 Clerici omnes, excepto Episcopo, liberè testantur, eisque ab intestato succeditur, *secundum Couar.* Quòd si eis esset prohibitum testari de acquisitis negotiatione illicita, & contra Canones intelligendum est, *secundum Nau.* si negotiatio contineat iniustitiam, alioqui poterit de ea etiam testari.

\* Ex consuetudine Cou.c.cum in officijs de testa. nu.9. Azor.l.5.c.19.

Quousque Clerici testari possint docet Mol. copiosè.d.147.

26 Non potest Clericus per testamentum facere præiudicium patri in bonis acquisitis ante Clericatum, in quibus ille habet vsum fructum.

\* Sot. 3 lect. 4. de cler. temperantia. Vide. Sylu. Cleric. 2. nu. 4. Nau.c.25. nu.109.

27 Clericum habitare cum foemina suspecta, mortale esse ait doctissimus vir Petrus Sotus.

28 Clericus etiam absens subditus est Episcopo, nisi domicilium mutasset.

29 Clericus nulli loco, aut beneficio adscriptus, non tenetur residere, & potest ire, quò velit cum Episcopi licentia, ex *sententia Sacre Congregat.*

30 Clericus non tenetur deseruire Ecclesiæ, in qua non habet beneficium. *Ex Congr. Concil.*

31 Clericus in maxima necessitate potest cogi ab Episcopo ciuitatem custodire, potest & in inuasa ab hostibus pugnare, nec erit irregularis, si nullum occidat, aut mutilet.

32 Clericus quilibet potest cantare Epistolam sine manipulo: itemq; Euangelium, & Passionem. *Ex Nauar.*

\* Euangelium (sine stola. s.) si hoc faciat, nõ tanquam Diaconus, sed vt Cātor, vel Lector: modo tamen non ministret in alijs, vt Diaconus; & Sacerdos omnia sub silentio proferat. *Nau. conf. 5. de cler. non ord. min. lib. 5.*

33 Clericus habens beneficium, aut pensionem excedentem sexaginta aureos de camera, tenetur ad tonsuram, & habitum talarem, & si miles est, ad suum militare, alioqui ipso facto est priuatus officijs, & beneficijs. *Ex Bulla Sixt. Quinti.*

\* Tenetur ad tonsuram &c. 3. *Sixt. V. constit. 30. sacrosanctum, c. 1588. V. Id. Ianua. lata.*

Sexaginta 3. *Indulsi. 31. constit. Pastoralis Prædie Kal. Febr.*

Priuatus 3. in utroq; foro ita, vt non faciat fructus suos, *Vide Vinald. in 30. constitution. numer. 11.*

Addit. 3. Clericus factõ patrimonio initiatus suspensus est. *Nauar. c. 27. num. 158. Maio. l. 4. de Irreg. c. 15. Med. l. 1. c. 11. §. 8. Borgasius de Irreg. 1. p. 4. 5.*

q. 5. nu. 24. Sanchez. l. 6. d. 32. in fine tit. 1. de matrimonio.

Recipiens ab aliquo patrimonium, secreta conditione restituendi post susceptos ordines non potest, nec tenetur illud restituere; nisi ex beneficio, aut aliunde alimenta habeat. Sanchez l. c. nu. 7.

*Cimiterium, vide Ecclesia, Sepultura.*

1 **C**OEmiterium fieri potest sola Episcopi deputatione.

2 Potest vendi in necessitate, vt sacra vasa.

\* Addit.) Polluta Ecclesia polluitur cœmiterium ei annexum: non è contrario, ex cap. v. nico de consecrat. Ecclesiæ l. 6. Suar. tom. 3. d. 81. Sect. 4.

*Cognatio, vide Matrimonij impedimenta.*

*Collegium, vide Congregatio.*

1 **C**ollegium faciunt tres, Congregationē duo, populum decem. Potest Collegij, & Vniuersitatis ius manere in vno.

\* Syl. ver. Collegium. 1.

2 Collegij Ecclesiastici destructi iura, & priuilegia manent penes Ecclesiam.

\* Syl. l. 5.

3 Qui in Collegio alicuius artis cam non exercet, non gaudet Collegij priuilegio.

COLVM